


RODERICI XIMENII DE RADA HISTORIA  
ROMANORUM

*Juan Fernández Valverde*

La obra de Rodrigo Jiménez de Rada, el Toledano, estaba necesitada de una profunda revisión desde hacía tiempo. La última edición data de hace casi dos siglos. Pero frente a su obra principal, la *Historia de rebus Hispanie*, las otras menores ofrecen un interés relativo, casi tan sólo el intento de completar las recientes revisiones críticas de aquélla. Es éste el caso de la *Historia Romanorum*, poco relevante, dentro de la obra general del Toledano, no sólo por su contenido y significado, sino también por los mss. que la informan, que no presentan ninguna variación, ni en su estructura ni en sus relaciones, sobre los de la *Historia de rebus Hispanie*. Habría que repetir aquí, punto por punto, cuanto escribí en la introducción a mi edición crítica de ésta (Tesis Doctoral, Sevilla, 1978). A ella remito para cualquier detalle aclaratorio. Como resumen valga lo que sigue.

Seis son los mss. colacionados: *A: Matritensis* B. N. 7184 (siglo XIII); *B: Complutensis* B. U. 143 (principios s. XIV); *D: Matritensis* B. N. 301 (s. XIII); *F: Matritensis* B. N. V.<sup>a</sup> 4-3 (finales s. XIII); *G: Matritensis* B. N. 7008 (finales s. XIII); *I: Escorialensis* ç. V. 12 (s. XIII). De éstos, *I* es el borrador del original; *B*, el borrador con las correcciones para la redacción definitiva; y *ADFG*, diversas copias de ésta. El *stemma* quedaría así:



Hasta el momento son dos las ediciones de la *Historia Romanorum* que han visto la luz: la de Schott (*Hispaniae Illustratae II*, págs. 186-195, Francfort, 1603) y la de Lorenzana (*Sanctorum Patrum Toletanorum Opera III*, págs. 209-223, Madrid, 1793). Tampoco éstas presentan ninguna novedad frente a la obra capital, salvo que ésta fue editada por primera vez por Sancho de Nebrija (Granada, 1545). La de Schott, *princeps* en este caso, utiliza los mss. *I* y *D*; la de Lorenzana ofrece, sobre la anterior, el *B* y, quizás, el *A*.

Las fuentes que utiliza el Toledano para su narración son fundamentalmente dos: Paulo el Diácono y Paulo Orosio. Sobre el relato de éstos, especialmente del primero (recordemos que Orosio es a su vez fuente de Paulo), va reelaborando la Historia de Roma, adornándola con sus propios recuerdos de lecturas anteriores (casi siempre Livio) y con citas de autores clásicos, con preferencia Lucano, Ovidio y Virgilio. Es justamente un resumen personal de la Eneida lo que constituye el hilo narrativo de los cap. II y III.

PROLOGUS IN HISTORIA ROMANORUM

Quia direptiones Herculis, quas gens misera pertulit Hesperorum, in superioribus capitulis declaravi, que Romani, Vandali et Sueui, Alani et Silingi et Arabes Machometi, et qualiter Hispanias inuaserunt et que ei multiplicata supplicia addiderunt prosequi dignum duxi. Romani quippe a Remo 5  
et Romulo, qui a Latinis exordium habuerunt, ab ipsis et urbe dominari Lacio inchoarunt; quorum reges successionibus persecutus usque ad eos qui Hispanie calamitatibus adiecerunt, genealogie eulogia supputavi, ut discat Hispania, que Dei misericordiam perfunctorie uix attendit, a tot tempestatibus 10  
iam respirans, quantum debeat diuine gracie inclinare. Set proh dolor!, nec preterita memoratur nec que accidere poterunt pertimescit. Principes etenim et potentes uolitis et libitis inuoluuntur et perturbato ordine rationis eneruant iudicii ueritatem et procuratis iniuriis consuetudines uio- 15  
lente pro iusticia inducuntur et in partes iusticie aduocati id iustum iudicant quod aures mulceat presidentis et a Summi Iudicis intuitu alieni oculos suos in terram statuunt declinare; nec est qui pauperi condescendat nisi familiari debito inducatur. Set utinam Altissimus uideat et permitat, 20  
et non Hispanie misere set facientibus imputetur, et non luat uniuersitas oppressorum quod meretur iniquitas dominorum, et cesset indignatio Magestatis compaciens clamoribus paupertatis, qui faucibus presidencium ingeri non sinuntur mediatorum rabie preglutiti. Cum enim cetera mundi prouincie certis an- 25

6 quia DG || ab ipsis, et urbem in marg. Lor. || Latinus G || et ab ipsis G  
7 dominarii G, dominati Sch. 8 clamit. D || adiecerint edd. 9  
supputam Sch. 11 se debeat F' 12-13 poterint edd. 13 po-  
tens G 14-15 iudicii ueritas eneruatur I 16 iusticia adu- G 17  
mulceant D 19 condecad (a. corr. F) b 23 cessit Sch. 25 a  
mediis deuorati I, preglutiti A, in ras. D' -tis, B, om. Sch. praeglutitis Lor.,  
presunt b, damni in marg. Cch.

gariis seu perangariis deducantur, Hispania miseria incertis  
 oppressionibus cruciatur, semper remanens inconsumpta ut  
 possit sepius deperire et non consumptionis piaculo reseruari;  
 et tot uulneribus sauciatur quod a summis capitibus successi- 30  
 ua uoragine absorbetur; nec est quo possit uocem atollere,  
 cum inimici iudices dominantur, nisi quod ut bestia agri et  
 area siciens uociferatur, et uim paciens Sabbaoth Domini pul-  
 sat aures; et utinam uideat et ut ceteras mundi partes His-  
 paniam iudicet et prospiciat de excelso.

CAP. I

DE REGIBUS LACII

Principium autem regum Lacii istud fuit. Ante initium reg-  
 ni Romani primus in Ytalia Ianus regnauit, cui ob magne pro-  
 uidentie meritum duas facies depingebant, eo quod futura et  
 presencia preuidebat. Unde Persius: «O Iane, a tergo quem  
 nulla ciconia pinxit». Et inde Romani ei primum mensem in 5  
 anni mensibus ascripserunt, eo quod in eo mense sol incipiat  
 ascendere post solsticium yemale, ut quasi medius inter tem-  
 pora bina facie tempus preteritum respiciat et futurum, et ideo  
 est in compoto Romanorum Ianuarius primus mensis, sicut 10  
 Ianus principium regni fuit. Post Ianum regnauit Saturnus,  
 qui primus regnauerat super Creta, set inde expulsus a filio  
 suo Ioue in Ytaliam est iactatus; hunc gentiles primum deo-  
 rum, licet mendaciter, fabulantur, primus enim in hominibus  
 Ninus rex Assiriorum patri suo Belo dei uocabulum usurpauit.  
 Hic itaque Saturnus filium fugiens aliquandiu latuit apud Tus- 15  
 cus, et ideo a latendo pars illa Tuscie Lacium dicta fuit. Unde

26 pangariis *DF Lor.*, agariis *Sch.* 26-27 Hispania... cruciatur *om. G*  
 27-28 semper... deperire *om. A.* 28 periculo *edd.* 29 capitibus *A*  
 29-30 successiuo *b* 30 absorbeatur *b*, deglutitur *I* || qui *F*, quae *Sch.*  
 31 dominetur *G* 32 sicientis *F.*

4-5 Pers. I 58

4 prouidebat *I*, preuidebant *F* || ipsius *G* || quam *A*, quod *b* 5 pin-  
 sit *Lor.*

9 compoto *edd.* || Romanorum *om. I* 10 fuit regum (regnum *I*) *BI*  
*Lor.* 12 Italia *edd.* 13 enim] eam *I* 16 lateno *b* || Lati-  
 num *b*

Lucanus: «Quis furor, o ciues, que tanta licencia ferri, gentibus inuisis Lacium prebere cruorem?». Et a Lacio Latini dicuntur. Uerum incole Tuscie degebant non ut homines set ut bestie sine domibus, sine urbe, contenti solummodo caueis, tuguriis et casellis, quas utcumque de frondibus et foliis arborum factitabant et de fructibus siluestrium arborum ut bestie uictitabant. Ipse uero se ruditati hominum postmodum manifestans humani conuictus docuit rationem et agriculture, commercium utile persuasit, effosionem eciam docuit metallorum et ideo dicitur fabulose aurea secula ordinasse. Unde et Uirgilius: «Iam redit et uirgo, redeunt Saturnia regna». Et de eo alius poeta: «Primus Creteis Saturnus uenit ab oris, aurea per cunctas disponens secula terras». Et pro tante utilitatis beneficio incole bestiales, iam facti homines, eum super se regem et principem statuerunt. Ipse uero ex multitudine iam edocta construxit urbem in rupibus sempiternis, quam a suo nomine Saturniam appellauit, que nunc Sutrium esse fertur. Et eum post mortem patrem deorum omnium uocauerunt. Unde et poeta: «Ipso gaudet auo superum generosa propago». Post Saturnum regnauit Picus filius eius; post Picum regnauit Faunus filius eius, a quo dii bicornes, ut ponit Ouidius, processerunt, de quibus dicit: «Aut quas semidee Driades Faunique bicornes numine contactas attonuere suo». Huius tempore Throya a Grecis optenta incendio est consumpta. Horum itaque regnum Laurentum hactenus dicebatur, de quibus Uirgilius: «Hiis genus indocile sparsumque in montibus altis mores composuit legesque dedit Laciumque uocari maluit, hiis quoniam latuisset totus in oris». Post hunc regnauit La-

17-18 Luc. I 8-9      26-27 Verg. Ecl. IV 6      28-29 Verg. Aen. VIII 319-326  
38-39 Ov. Ep. 449-50      42-44 Verg. Aen. VIII 321-323

18 inuasis A || Latinum b      21 utrimque F, uirumque G      22 silu-  
trium a      23 ipse uero] set ipse (a. corr. B) IB, set ipse uero A, om. b  
26 sec. et del. F, quod G, om. edd.      28-29 cf. Verg. loc. cit.      28 crea-  
tis I || horis I      28-29 aurea permitas I      29 cutas dispones G  
32 seipiternis D Sch.      33 Suturium G      35 ignoto auctore      38  
Autem (a. corr. F) b || quos A      38-39 Fauni b      39 a tomine suo Ab  
42 Is Verg. || ac dispersum montibus Verg.      43 mores om. Verg. Lor.,  
del. B' || Laurumque F, Latrumque G || uocati D      44 tutus Verg. edd.

tinus filius eius, a Lacio sic uocatus; huius mater fuit Carmentis que uulgare Lacia emendauit et Latinis litteras adiuuenit, et ab isto, cessante Laurenti uocabulo, cepit regnum uocari Latinum. 45

CAP. II

DE ADUENTU ENEE IN YTALIAM ET DE REGNO EIUS  
ET DE DIDONE

Uerum quoniam post Latinum ab Enea reges Ytalie descenderunt, aduentum eius in Ytaliam breuiter prosequemur. Throya destructa Eneas, filius Ueneris et Anchise, cum patre Anchise et Ascanio filio fuga nauali ad Siciliam applicauit; ibique Anchise mortuo, cum Ascanio filio, Niso et Eurialo uernis nobilibus et Achate armigero et Palimiro nauclero cepit in Affricam nauigare; set infeste periculo tempestatis naufragium uix euasit, nec dampno caruit una ex nauibus cum Palimiro submersa, quorum interitu Eneas timuit interire; set inter iniurias procellarum in Affricam cepit portum et dum dormiret audiuit in sompnis: «Prius Didoni coniugio sociaberis et post in Ytaliam reuerteris». Cuius aduentum cum Dido nouisset, egressa obuiam, datis muneribus, honorauit; et mirata Ascanii pulcritudinem, in concupiscenciam Enee exarsit, quem uiderat in armorum decore preclarum; et utriusque beneplacito accedente, mox in coniugem est assumpta, et Eneas Didonis coniugium et Cartaginis dominium est adeptus, pollicens se cum ea perpetuo permansurum. Dido uero ante aduentum Enee in templo quod fecerat historiam descripserat Throianorum, quam Eneas intuens doluit sue gentis interitum 20

46-47 litteris adinuenerunt A

*Inscrip. pr.* DE om. b || ENEA I || *sec.* DE om. edd. || EIUS REGNO IB || DIDANE I, DIDONEM b

2 Ytalia A      3 Anchises I      5 et om. DAG, s. u. F || uernis om. A Sch.      6 Polimiro A, Palinuro edd.      9 post Palimiro add. est s. u. F 12 et... reuerteris om. G || Dide D      15 et om. Sch.      17 coniugium I

diulgatum; et picture memoriam reputans uerecundum, disposuit a Cartagine aberrare. Quod Dido presenciens inquit illi: «Certus es ire tamen miseramque relinquere Didon, queque ubi sunt nescis Ytalia regna sequi. Quando erit ut condas instar Cartaginis urbem et uideas populos altus ab arce tuos?». Set fide et federe uiolatis, idem uenti neglecta Didone fidem et uerba cum uiro et nauigio detulerunt; et in Siciliam remeans patris aniuersarium celebrauit. Dido autem incauto amore succensa Eneam epistolari alloquio salutauit, sicut Ouidius in Heroidibus metrica declarauit dicens: «Sic ubi fata uocant» et cetera, et subiungit: «Nec quia te nostra sperem prece posse moueri alloquor, aduerso mouimus ista deo». Deinde amoris incendium nequiens sustinere, eidem pretulit incendium actuale, et lignorum congerie comportata ad pedem turris pyram uastissimam fecit accendi, et hiis uerbis habitis ad sororem: «Anna soror, soror Anna mee male conscia culpe, nunc dabis in cineres ultima dona meos». Hiis dictis a summo arcis in pyram igneam se proiecit et consumpta ilico expirauit. Cartago Didonis tempore Daudid, Cartago Hispanie tempore Amasie regis Iuda condite refferuntur. Eneas uero a Sicilia in Portuam ciuitatem Lauinie nauigauit, et ciuibus ciscitantibus quisnam esset respondit se esse Eneam, qui e Throya ueniens, iactatus fluctibus, applicarat; adidit eciam se esse generum Priami, qui rex fuerat Throyanorum, seque deorum oraculo accepisse in Ytalia regnaturum. Ciues autem uerbum ut impossibile reputarunt, Latini regis potenciam opponen-

23-26 Ov. Ep. VII 7, 10, 19-20      30-32 Ov. Ep. 7 1-4      36-37 Ov. Ep. 7 191-192

21 memorie a. corr. B      22 Quod Dido] et ideo D Sch.      23 Certo D  
 24 sint Ov.      25 inster AG      26 Set om. I || foederis edd.      27 fide  
 D Sch. || Sicilia D Sch.      28 incapto G, del. F, incauto F      29 epis-  
 tole I      30 in h todibus D || facta I      31 pro et cetera, et subiungit  
 Ouidianos versus interp. edd.      32 possem a. corr. B || uouimus Ov. Lor.,  
 nov. F || isto A      34 et lignorum s. u. I      36 atque sororem G || pr.  
 soror om. b      37 nunc] iam Ov. || Hiis dictis om. I      40 feruntur  
 edd.      41 Lavinii enavig. edd. || ciuitatibus a. corr. F      43-44 sese  
 generum Sch.      44 gener G || fuerant G      45 se in edd.

tes. Cumque hiis aliquantulum turbaretur, pre tristicia factus segnis decubuit dormiturus et accepit in sompnis ut Euandri auxilia procuraret, qui in VII montibus, ubi fuit post Roma condita, habitabat, ut eius auxilio et Pallantis filii posset Latini et generis sui Turni potencie obuiare; «et ut credas, sicut nuncio, sic futurum, inuenies sub ylice suem albam cum XXX filiis sui coloris».

CAP. III

DE UICTORIA ENEE CONTRA LATINUM

Surgens autem a sompno cepit a Portua proficisci, et ut reuelatum fuerat sic inuenit, et ibi postea ciuitatem condidit Albanorum. Euander autem Eneam audiens aduenire, se ad prelium preparauit extimans inimicum; set Eneas ramum oliue pretulit manu sua pacem prefferens, que tali ramo illis temporibus signabatur. Et cum Euander pacis signaculum prospexisset, in occursum profectus est uenientis, et amico gaudio amplexati federa firmauerunt et simul eciam iocunda conuiuia peregerunt; quod Latinus audiens egre tulit et uocauit generum suum Turnum, de quo se amplius confidebat, et misit eum contra Ascanium, qui in castello cum parte exercitus residebat. Set uidens Ascanius Turni potenciam preminere, percunctatur si quis adesset qui patri suo periculum nunciaret. Tum Nisus et Eurialus familiares Enee, qui unum de paribus amicitie fuisse dicuntur, se legationis discrimini optulerunt, et noctu egredientes Turni exercitum intrauerunt; et cum uiri

49 procuraret scripsi, procaretur IBADG, precaretur. F edd. || ubi] ut A, vir G 50 ut] et I, del. a. corr. B 51 generi edd. 52 sue G || albam suem edd. 53 suis Sch.

Inscrip. CONTRA LATINUM om. I

1 sompno D (-mn-) edd. || a Portua cepit D edd. 3 Alboanorum D || se autem G 4 aestim. inim. praepar. edd. 5 pertulit edd. || pacem om. Sch. 7 uenientes D 8 federa... eciam. A 12-13 percountatur D 14 Eurialis D || patribus A 16 agredientes Sch.



exercitus sopore ebrio tenerentur, Nisus et Eurialus plures ex  
 eis furtiua audacia occiderunt et galeam auream, que cassis  
 dicitur, abstulerunt et diei nuncia apparente cepto itinere  
 abierunt. Et cum in uia Latini exercitum prospexissent, qui 20  
 in Turni auxilia ueniebat, ad silue densissime latebras confu-  
 gerunt. Set cum splendor auree galee, quam Eurialus gesta-  
 bat in capite, oppacas latebras illustrasset, quos densitas  
 occultarat, claritas reuelauit, et a uenientibus comprehensi  
 penali gladio decollantur, et Turno capita optulerunt, qui pre- 25  
 cepit ea proici in municipium obsessorum, et tunc cepit As-  
 canius aliquantulum desperare. Dumque ad Eneam fatali re-  
 latu rumor obsidii peruenisset, assumptis suo et Euandri  
 exercitu direxit acies contra Turnum et consertis agminibus  
 uicit eum; et Turnus fugiens iuit Laurentum, ubi socer eius 30  
 Latinus tunc temporis consistebat. Eneas autem cum Pallan-  
 te Euandri filio Laurentum obsessurus aduenit. Latinus autem  
 uidens se uicto genero minoratum, Mezencium et Camillam  
 reginam amazonum sciscitauit ut eum in casu discriminis  
 adiuuarent; et precibus non frustratus habuit in infelici exitu 35  
 adiutores, et cum Enea et Pallante prelio restaurato, subcu-  
 buit pars Latini; et dum Eneas et Mezencius sese congressu  
 obuio peciissent, Mezencius uulneratus diuertit ad fluuium  
 plage sanguinem lauaturus. Lausus autem Mezencii filius Enee  
 se optulit ut paterni uulneris fieret uindictor; cui Eneas di- 40  
 citur sic dixisse: «Quo periture uenis?», et percussum con-  
 tinuo interfecit. Quod Mezencius non sustinens tolerare, cum  
 Enea iterum congressum mutuuum restaurauit; set Eneas pri-  
 mo equm, postea Mezencium interfecit. In ipso eciam prelio

17 sapore *b* || ebrus *Sch.* || teneretur *DG Sch.* || Eurialo *D* 19 post et  
 add. aurora in marg. *F* || apparento *G* 21 ueniebant *I, a. corr. B*  
 22 splendori *D, -dore Sch.* 23 oppocas *b* || tenebras *A* || illustrasset]  
 confugerunt *D, -erant Sch.* 24 occultauit *D Sch.* 29 duxit *Sch.* ||  
 et] cumque *Sch.* 30 uincit (*a. corr. F*) *b* 33 genere *D* 34 sus-  
 citauit *D edd.* 35 in *om. G* || exercitu *Sch.* 36 psallante *D* 38  
 percussent *D, percussisset Sch., -ent Lor.* 40 paternis *A, patrum F*  
 41-42 omnino *Sch.* 43-44 congressum... Mezencium *om. D Sch.*  
 44 iter fecit *Sch.*

occubuit regina Camilla. Ex parte autem Enee mortuus fuit 45  
 Pallans, pro quo Eneas fuit inconsolabiliter contristatus. Et  
 campi uictoria iam optenta, fecit corpus Pallantis nobili fu-  
 nere deportari, et cum eo C de prudentioribus comitatus, qui  
 Euandrum de morte filii solarentur. Uidens Latinus sibi no-  
 xia, Enee prospera successisse, misit ad Diomedem regem 50  
 Grece ut in eius auxilium adueniret. Set Diomedes petitionem  
 renuens sic respondit: «Eneam, de quo loqueris, ipse noui,  
 nam cum ad expugnandam Throyam ex Grecia uenissemus,  
 Eneas et Hector fortiter restiterunt, et si tercium comparem 55  
 habuissent, Throya forsitan non perisset». Hiis auditis Lati-  
 nus de auxilio iam desperans, ad Eneam pro pace nuncios des-  
 tinauit; et Eneas dicitur respondisse: «Non meo consilio nec  
 meo proposito huc adueni, set uoluntas superum me aduexit». 60  
 Occiso Turno et Latino mortuo, Eneas Lauiniam, Turni spon-  
 sam et Latini filiam, duxit uxorem et Latino successit in  
 regno et in Lacio tantum tribus annis regnauit et hedificauit  
 ciuitatem quam Albanum a nomine suis albe, ut diximus,  
 nominauit.

CAP. IIII

DE ASCANIO ET REGIBUS ALBANORUM

Enea mortuo Ascanius, filius eius ex Creusa, successit in  
 regno. Albanenses autem super Enee tumulum aceruum poli-  
 torum lapidum magne altitudinis erexerunt, quem meruini me  
 uidisse. Ascanius autem ciuitatem inceptam sollicita diligen-  
 cia ampliavit. Hic Ascanius dictus fuit Yulus, a quo descen- 5  
 dit Yulia familia Romanorum. Lauinia autem uxor Enee post  
 mortem eius peperit filium quem Postumum appellauit, quia

---

47 nobilis *D*      48 comitatis *Sch.*      49 consolarentur *A*      50 Diomes *b*      52 si *b*      53 expugnandum *edd.*      54 comparent *G*  
 55 Throyam *Db*      57 non nostro *Sch.*      60 uxore *A*      61 Latino  
*b*      62 suo *A*

---

1 Eneas *G*      6 Yulia *om. A*      7 post unum *D*

mortuo patre natus; quem Ascanius fraterno amore dulciter  
 enutriuit. Post hec Ascanius genuit filium quem Yulium appe-  
 llauit. Mortuus autem est Ascanius, cum regnasset annis 10  
 XXXVIII, et dimisit regnum Postumo fratri suo. Et quia iste  
 Postumus in silua nutritus, Siluius fuit dictus et ab eo reges  
 alii Albanorum fuerunt Siluii nominati. Post hunc Eneas Sil-  
 uius filius eius regnauit annis XXXI. Post mortem eius Latinus  
 Siluius filius eius annis L.<sup>a</sup> Post mortem eius Alba Siluius 15  
 filius eius regnauit annis XXXVIII. Post hunc Egiptus Siluius  
 filius eius regnauit annis XXIII. Capis Siluius filius eius reg-  
 nauit annis XXVIII; iste a nomine suo hedificauit in Cam-  
 pania Capuam ciuitatem. Carpentus Siluius filius eius reg-  
 nauit annis XIII. Tiberius Carpentus filius eius regnauit 20  
 annis VIII; hic cadens in flumen qui Albula dicebatur, fuit  
 extinctus et fluuius ab eo Tyberis postea fuit dictus. Unde Vir-  
 gilius: «Tunc perdidit Albula nomen». Hic condidit Tybur,  
 satis modicam ciuitatem, que XII.<sup>o</sup> ab urbe miliario adhuc  
 extat. Agripa Siluius filius eius regnauit annis XL.<sup>a</sup>; huius 25  
 tempore fuit Homerus poeta. Aremulus Siluius Agripe filius  
 regnauit annis XVIII. Auentinus Siluius filius eius regnauit  
 annis XXXIII; iste fuit in monte sepultus, qui ab eius no-  
 mine dicitur Auentinus. Procax Siluius filius eius regnauit  
 annis XX tribus. Amulius Siluius filius eius regnauit annis 30  
 XLIII; iste fratrem suum Numitorem a regno expulit et pri-  
 uatis rebus prouidere coegit. Rea Siluia, que Ylia dicta fuit,  
 Numitoris filia, in templo Ueste uirgo est dedicata, quam  
 postea Mars arripuit a ludis consularibus Sabinorum et ex  
 ea Remum et Romulum generauit; quos, eo quod sacrilego 35

23 Verg. *Aen.* VIII 332

9 Yulum A      11 diuisit Sch.      12 fuit in F || Siluis b || reges in  
*marg.* B      13 Albanorum alii A      13-14 Siluius om. F, Silius G || fi-  
 lius Siluius a. corr. D      15 La. annis A      17 pr. eius om. Sch. || Capi-  
 siluus I      18 XXXVII Sch.      18-19 Campaniam A      19 Siluius  
 om. G      20 Carpentarius *edd., om.* A      22 et om. G, s. u. F || fuit  
 dictus postea *edd.*      23 perditus G, amisit uerum uetus Verg.      29  
 Aduentinus B || filius s. u. B      30 XXXIII Sch.      30-31 Amulius...  
 XLIII om. D Sch.      32 Silua b      33 Uestem I      34 laudis I  
 35 Romulus A || sacrilegio G

concubitu genuisset, in ripa Tyberis abiecerunt, matrem uero  
 incendio consumpserunt, ut iusticia eius temporis exigebat.  
 Pastor autem de gregibus regis, Faustulus nomine, cum par-  
 uulos expositos in ripa fluminis inuenisset, ad Haccam Lau- 40  
 renciam uxorem suam detulit nutriendos. Uerum quia Hacca  
 erat pulcherrima et sui corporis liberalis, infami lucro peccu-  
 niis habundabat, et ob impudenciam Lupa ab indigenis dice-  
 batur et tuguria, que turpi comercio faciebat, a Lupa lupa-  
 naria fuerunt dicta. Cum autem Remus et Romulus adollescent, 45  
 prede et latrociniis crudelibus studiis se dederunt, et similium  
 conciliabula asciscentes, ceperunt cum sua multitudine pre-  
 ualere; et Albanorum ciuitatem ingressi, regem Amulium, qui  
 Numitorem, auum eorum maternum, de regno expulerat, pe-  
 remerunt et Numitorem regno restituerunt. Remus autem et 50  
 Romulus cum essent annorum XVIII, ciuitatem modicam  
 hedificauerunt in monte qui dicitur Palatinus; cumque ad eos  
 adueniret multitudo maxima populorum, ut in populos cres-  
 cerent potiores, cogitarunt templum inmunitatis construere,  
 ad quod ueniens quilibet saluaretur, et propter tante impu- 55  
 nitatis asilum ad hoc templum iniuriosi et rei ex omni Ytalia  
 ueniebant. Cumque in tanta multitudine non conclusa nullius  
 ordo iudicii seruaretur, statuerunt urbis ambitum dilatare, ut  
 muro quantumlibet modicum eleuato, qui alias quam per  
 portam presumeret introire, mortis sentencie subiaceret. Pri- 60  
 mo igitur anno Achaz regis Iuda, XI.º kalendas May, Remus et  
 Romulus Rome urbis primarium lapidem posuerunt, et usque  
 ad apodiationem muris in circuitu uix erectis, Remus plebis-  
 citum fratris et populi non atendens, ut agilitatem ostenderet,  
 per murum interius insiliuit, et scandalo in populo excitato, 65  
 omnes transgressionis iniuriam causabantur. Set Fabius, qui  
 erat dux Romuli, eius consilio persuasus, Remum morti con-  
 cione habita condempnauit, et pastorali rastro distractus con-

37 exhibebat *I*      41-42 infami precio hab- *I*      44 aut *D*      48 mu-  
 nitorem *F* || expulerant *A*      49 regnum *a. corr. D*      51 hedificauerunt  
*A edd., -carent F*      53 cogitauerunt *b*      57 seruarentur *b*      60 an-  
 no *om. G, in marq. F* || Iudae *Sch.*      61 lapidem *om. D Sch.*      62  
 apoditionem *D edd.*      64 inscius insiliuit *Sch.*      65 omnis *Sch.* || iniu-  
 ria causabatur *G*      67 pastoralis *D*

tinuo expiravit anno III.º ab urbe condita; cui preuaricatio et fraterna factio causam dedit. De quo poeta: «Fraterno primum maduerunt sanguine muri». 70

CAP. V

DE CREATIONE SENATORUM ET MILITUM ET DE REGIBUS ROMANORUM

Tunc Romulus centum senes elegit, quorum consilio crescentis urbis negocia procuraret; et quia senes, dicti fuerunt exinde senatores, et alii eos patres uocabant. Post hec, quia bellis indesinentibus a uicinis gentibus temptabantur, elegit mille de hiis qui clariores in populo habebantur, ut inimicis insultibus militari resisterent apparatu; et quia a millenario inceperunt, tali officio deputati, milites appellantur. Cumque tam ipsum quam urbis populum uxorum inopia minoraret, Sabinis festiuitatem agentibus et uxores et filias ad gaudia deducuntibus, in eas insiliit Romulus cum sue populo ciuitatis, et iuxta placitum aprehensas, iocunda spolia reduxerunt. Tunc omnes principatus Ytalie Sabinorum dedecus proprium reputantes, ceperunt contra Romanorum potenciam dimicare, set Romulus cum sceleratorum multitudine superauit. Cumque ex uicino Romanis et Sabinis insidie pararentur et Romulus plus quieti quam periculis inhiaret, amicitias cum Sabinorum duce Tito Stacio procurauit, ita ut in Sabinis Romulus cum Stacio conregnaret et Sabini unus essent populus cum Romanis et ut Romani sibi agnomen imponerent a Sabinis et Sabini similiter a Romanis; et quia longa asta lingua Sabinica

5

10

15

20

69-70 Luc. I 95

*Inscrip. sec. DE om. edd.*

1 Tum *edd.* 4 eligit *F* 5 inimicorum *b* 10 in filii tromulus *G*, insiluit *Sch.* || suo pro populo *D Sch.* 11 iocum *F* 16 amicitiam *Sch.* || Romanorum *Sch.* 17 ita *transp. post* Sabinis *D (a. corr.) Sch.* 18 Sabinet *D, -norum Sch.* 19 agnomine *G*

quirita dicitur, Quirites Romulus fuit dictus, a quo eciam alii Romani Quirites. His Romulus sceleratorum manum promissa impunitate collegit; Numitorem auum maternum, quem regno restituerat, ut regnum arriperet, interfecit; Amulium fratrem 25  
 aui extinxit; Remum fratrem parricida occidit; socerum in templo uita priuauit; Titum Stacium amicitia federatum fallax peremit; itaque regnum aui, murum fratris, templum soceri, fidem amici sanguine maculauit. Regnauit autem annis XXXVIII. Et cum ad quandam paludem, que Capra dicitur, 30  
 abiisset, quo interitu absumptus fuerit, ignoratur. Hic templa et muros urbis extruxit. Post mortem eius senatores quibus diebus usque ad unum annum rexerunt populum ciuitatis, et iste annus dictus est interregnum. Post hunc annum regnauit Numa Pompilius; iste fuit uir sapiens et in regimine circumspetus; cumque uidisset homines a iusticia aberrare et 35  
 post uicia euagari, cum intellectu nature inuisibilia percipisset et intellexisset diuinam essenciam a loco aliquo non abesse, docuit homines locum quemlibet proprio deo regi ut presenciam numinis metuentes ubique a uiciis abstinerent, quod tamen fuit ad ydolatrie incrementum. Exinde enim dicti 40  
 fuerunt deus orti, deus nemoris et cetera numina ruris specialia uocabula habuerunt. Hic primus inuenit monetam, et numos a suo nomine appellauit; et expletis in regno XL.<sup>a</sup> uno annis, uitam finiuit. Eius tempore Pictagoras philosophus celebris habebatur. Post hunc Tullius Hostilius regnauit annis 45  
 XXXII; hic inter reges Romanos primus purpura et fascibus fuit usus et urbem addito monte Celio ampliavit. Hic cum domo sua ictu fulminis fuit ustus. Huius tempore Pausania rex Spartanorum condidit Bizancium ciuitatem, que a Cons-

21 eciam] et *edd.*      21-22 Romulus... Quirites *iter. atque del. F*      22  
 Remulus *D* || manuum *I*      23 post collegit *add. et in marg. F*      25  
 Romum *F*      26 Stacium (-ati- *G*) *b* || federat *D*      27 ita quod *A*  
 29 quantum *D*, quintum *Sch.* || Capa *D*, Caprea *Sch.*      31-32 quiuis *Sch.*  
 33 est *om. A*      35 oberrare *F*      35-36 et... euagari *om. A*      36  
 cuagare *D Sch.*      36-37 praecepisset *Sch.*      41 diis orti, diis *Sch.* ||  
 memoris *F* || curis *D*, certis spiritualia *Sch.*      42 prius *Sch.*      46  
 XXXIII *b* || fascibus et purpura *Sch.*      48 fluminis *D*      49 Sparno-  
 rum *D*, -rtariorum *A*, -rtorum *b*

tantino imperatore postea ampliata Constantinopolis fuit dic- 50  
 ta. Post hunc regnavit Anchus Marchus annis XXXIII. Post  
 hunc Tarquinius Priscus annis XXVII. Huius tempore Massi-  
 lia fuit condita. Post hunc Seruius Tullius annis XXXIII. 55  
 Huius tempore Nabucodonosor cepit Iherusalem et templum  
 incendit. Post hunc regnavit Tarquinius Superbus annis XXXV.  
 Et fiunt per reges ab urbe condita anni CCXL.<sup>a</sup> unus.

CAP. VI

DE CREATIONE CONSULUM ROMANORUM

Et cum propter insolentiam Tarquini Superbi regis Roma-  
 norum senatui populoque Romano regum preminencia dis-  
 pliceret, consules elegerunt qui sua sapiencia statum rei publi-  
 ce gubernarent; quorum regimen CCCCLXIII annis legitur 5  
 duravisse. Primi consules fuere Brutus et Collatinus; post  
 hos decemviri constituti; post hos Camillus consul; post hunc  
 Quintius dictator; post hunc Paupirius; post hunc Manlius et  
 Regulus; post hos Publius Cornelius Scipio; post hunc Fabius  
 Maximus dictator; post hunc Lucius Emilius Paulus et Pu- 10  
 blius Uaro; post hos Leuius et Marcellus; post hos Claudius  
 Nero et Marchus; post hos Publius Scipio; post hunc Publius  
 Scipio Africanus filius eius; post hunc Publius Scipio Nasica;  
 post hunc Postumus et Marcellus; post hos Marius et Gneius  
 Mallius; post hos Silla; post hunc Marchus Tullius Cicero;  
 post hunc Pompeius et Brutus et Crassus; post hos Gayus 15  
 Cesar solus. Hii singulis annis rei publice prouiderunt per

50 amplicata *D* 52 Tarquinius *I*, Tranquinius *b* 51-52 XXXIII...  
 annis *om. D Sch.* 52-53 Marsilia *Bb* 53 XXIV *Sch.* 56 fue-  
 runt *b*

VI 1 Set *b* || insolentiam *G* 1-2 Romani *edd.* 2 senatu *A*  
 4 gubernaret *D* || CCCCLXIII *Sch.* 5 durasse *edd.* || Breitus *b*  
 6 *pr. hos*] hoc *D*, haec *Sch.* || *sec. hos*] hoc *D Sch.* || Samillus *D* 7  
 Quintinus *b* || dicatur *D* 8 hoc *D* 10 Uero *b* || post... Marcellus  
*om. D Sch.* 12 Scipio Africanus filius *om. F* 13 hos] hunc *Sch.*  
 14 hos] hunc *Sch.* || Igneius *D*, Genenius *F*

annos CCCCLX tres, et hii omnes insignia aliqua peregerunt et suis temporibus multa alia sorte uaria acciderunt. Temporibus Paupirii consulis acciderunt prelia Alexandri; temporibus Scipionum bella Punica cessauerunt; temporibus Marii Iugurthinum; temporibus Marchi Tullii Cathilinum, de quo Iuuenalis: «Claudius acuset mechos, Cathilina Cethegum». Res ergo publica CCCCLX tribus annis felici regimine adoleuit et plurima bella gessit. Anno CCC primo ab urbe condita potestas consulum fuit tradita X uiris, et censu habito inuenta sunt CXVIII milia et CC et XVIII capita ciuium Romanorum. Anno ab urbe condita CCCXLIII.º Galli Senones Romam duce Bremio inuaserunt et totam excepto Capitolio incenderunt et plurimus trucidantes VI mensibus uastauerunt et eos qui ad Capitolium confugerant obsederunt eosque fame, peste, desperatione et formidine subegerunt et mille libras auri pro quolibet precium statuerunt. Anno ab urbe condita CCCC Philippi filius Amite, pater Alexandri, regnum Machedonum est adeptus et XXV annis regnauit. Tum clarissimus Alexander, gurgis excidiorum, Philippi filius, fuit natus. Aristotiles etatis annum XVIII tunc agebat. Anno ab urbe condita CCCXXVI Alexander patri Philipo successit in regno.

CAP. VII

DE ANIBALE ET ASDRUBALE REGIBUS PENORUM  
ET DESTRUCTIONE SEGONCIE ET STRAGE  
ROMANORUM

Anno autem ab urbe condita DXXXIII, a creatione uero consulum anno CCLXXXIII, Amilcaris rex Afrorum, qui de

22 Iuv. II 27

17 CCCCXLIII Sch. 18 et... acciderunt om. A 18-19 Temporibus D || Temporibus... acciderunt om. Sch. 20 Scipionis b || cessauere A  
21 Iugurthum b 25 inuenta est I 26-27 ex Anno usque ad capitis finalem om. I 30 confugerunt D Sch. 31 subiecerunt D, subiecerunt b 32 et anno b 34 Tunc A



genere Anne sororis Didonis processerat, antiquum dedecus re-  
 miniscens, filium suum Anibalem nonum annum etatis agen- 5  
 tem fecit iurare ut cum primum ad etatem potencie perueniret  
 Romanos pro uiribus infestaret nec unquam pacificus illis  
 esset. Qui, cum ad etatis sue annum uicesimum peruenisset,  
 cepit Hispanias infestare, et multis cedibus laceratas fere suo  
 imperio subiugauit, et Segonciam nobilem Hispanie ciuitatem, 10  
 Romani populi tunc amicam, que nunc Medina Celim uulga-  
 riter appellatur, in odium Romanorum obsidione diutina coar-  
 tauit et tamdiu oppugnationibus lacerauit ut cogentur cibos  
 uetitos atemptare, quibus fere defficientibus fame, non prelio,  
 lascessiti patres inbelles, mulieres et paruulos peremerunt, ne 15  
 uite seruati serui fierent, quos libertatis titulus hactenus ador-  
 narat. Demum ipsi prelio se dederunt et plures ex obsessoribus  
 occiderunt, et extincti ab hostibus cum extinctis patribus  
 liberi decesserunt; de quibus Tullius in Paradoxis: «Numquid  
 Segontini parricide fuerunt, qui patres suos liberos emori 20  
 quam seruos uiuere maluerunt?». De hoc eciam Iuuenalis:  
 «Pugna Segontina feruet comissa lagena». Segoncia itaque iam  
 euersa, montes transgreditur Pireneos et nouem diebus inter  
 gentes ferocissimas Galliarum labore maximo ad plana Ytalie  
 pertransiuit multo exercitu circumseptus, cui occurrit consul 25  
 Scipio cum exercitu Romanorum. Iste Scipio fuit Magni gen-  
 itor Scipionis. Cumque iuxta Ticinium cepissent exercitus  
 dimicare, pugna inferior, cesus est fere totus exercitus Ro-  
 manorum. Postea autem Scipio Romam rediens, restaurato

21 Iuv. V 29

VII 3-4 reminescens D 4 Anibalem om. Sch. 5 primo G || perue-  
 neret G 7 annum om. Sch.  
 12 cogererentur b 13 uentitos b || famen DA, famen G 18 Perad-  
 D, Padois F, Padocis G 19 Segontinum D 19-20 mori post quam b  
 20 eciam] et edd. 21 lagona Iuv. || feruet... Segoncia om. D Sch. ||  
 itaque om. A 22 et om. Sch. 23 plena G 24 circumspectus F  
 24-25 circumseptus... exercitu om. G 25-26 fuit Scipio genitor Magni  
 edd. 26 iuxta] inter A || cepisset Sch.

exercitu, infaustis preliis sepius iteratis, cum Anibale est congressus, set in omnibus inferior est inuentus; primo, ut dixi, apud Ticinum; secundo apud flumen Tirinium; tercio circa idem; quarto apud fluuium Sarnum, in quo occulum ictu amisit; quinto apud Trasumenum lacum; sexto apud Cannas Apulie uicum, ubi ex Romanis LIII<sup>or</sup> milia ceciderunt, et Uaro consul cum L.<sup>a</sup> equitibus Uenusium fugiens uix euasit.

CAP. VIII

ITEM DE UICTORIIS ANIBALIS ET ASDRUBALIS  
ET DE UICTORIA SCIPIONIS

Anno ab urbe condita DXL, etatis uero sue XXVI.<sup>o</sup>, Anibal rex Penorum in signum uictoriarum tres modios anulorum, quos ex digitis presciderat Romanorum, Cartaginem destinauit. Et tunc Roma bellis pluribus intercepta, quinque principaliter sumpsit bella: unum in Machedonia contra Philipum; aliud in Sardinia contra Sardos; aliud in Sicilia, in quo Claudius Marcellus optinuit Siracusam; aliud contra Anibalem, a quo Ytalia premebatur; aliud contra Asdrubalem fratrem eius, qui illud modicum quod in Hispaniis uix euaserat ab Anibale omnia deuastante, quasi eruce, bruci, atelabi et locuste pestilencia consumebat. Contra quem consules exercitum repararunt, et missis fratribus Scipionis cum exercitu, Asdrubali aduenerunt. Ille autem, ut erat pertinax, illis occurrens, uictos prelio interfecit cesis de exercitu multis milibus Romanorum. Hii autem qui euadere potuerunt fugerunt ad municipia Ro-

29 cum *om.* G || Pronibale D 29-30 ingressus I 31 Turinium I,  
Ticinum D *edd.*, Tirintum A, Tirimum F 33 Transumendum (-ss- G)  
b || Canuas D

VIII *Inscrip.* ANIMALIS b || ET DE] DEQUE *edd.* || VICTORIIS *edd.*  
1 XXVII<sup>o</sup> D *Sch.* || animal G 2 modulos *Sch.* 3 preciderat AD  
*edd.* || Cartagine D 4 plurimis *edd.* 5 Machedoniam *edd.* 7  
aliud contra s. u. I 7-8 aliud...premebatur *om.* G 8 qua *edd.*  
11 consumabat G, a. corr. B 11-12 exercitum... cum *om.* b (cum s. u.  
F') 13 victus *Sch.*

manorum, que iam in Hispanis possidebant. Asdrubal autem  
 in Hispania residens, ut locusta, quod residuum fuerat deuas-  
 tabat. Ciues autem Romani, desperationis uoragine iam ab-  
 sorti, de auxilio desperabant, eo quod Roma sic ab Anibale  
 esset pressa ut potius cedere quam resistere cogitarent. Uerum 20  
 Scipio adolescens, XXIII<sup>or</sup> habens annos, patrem et patruos  
 cupiens uindicare, ab urbe ad mare meatus subterraneos fecit  
 fodi, per quos Romani improuisis in statione nauium adue-  
 nerunt, et de exercitu custodie nauium deputato pluribus  
 interfectis, cum apparatu et nauibus in Hispaniam nauigauit, 25  
 et aplicans ad litus citerioris Cartaginis, eam cepit, et pro-  
 cedens contra Asdrubalem, uictum strenue effugauit et usque  
 ad LXXX.<sup>a</sup> ciuitates et oppida aut deditioe aut bello Romano  
 dominio acquisiuit; et fere tota Hispania suis uictoriis incur-  
 uata Romam rediit cum triumpho, ubi ad consulatus apicem 30  
 eleuatus, continuo disposuit in Affricam transfretare, ducens  
 secum exercitum copiosum, uexillis et insigniis gloriosum.

CAP. VIII

DE DESTRUCTIONE CARTAGINIS PER SCIPIONEM

Cumque Cartaginenses uela ueniencia eminus prospexissent,  
 iocundo occursu, demum flebili occurrerunt putantes Aniba-  
 lem Romanis domitis cum uictoria aduenire; set re uotiuia in  
 contrarium accidente, Anno, qui uice Anibalis preerat Affri-  
 canis, capescere cepit arma ut resisteret uenienti. Set bello 5  
 acerrimo interceptus, ipse cum cesis occubuit interfectus; et  
 prostratis incolis, pluribus interfectis, pluribus captiuatis, ob-  
 sidione Scipio Cartaginem circumclusit. Obsessi autem ueren-  
 tes euersionem Asdrubali nunciarunt ut fratris copiis iunge-

17 desidens *Sch.*      21 annos natus *Sch.*      23 stationem *F*      26 ap-  
 plicatis *edd.*      27 uictu *A*      30 apacem *G*      31 Africa *A*      32  
 copisum *A* || et *s. u. B*

VIII 5 fecit *a. corr. B* || resistent *G*      8 circumduxit *I*      9 ut] in *D*

retur et ambo fierent obsesse Cartagini in succursum. Asdrubal autem, procuratis auxiliis Hispanorum et aliquibus Galliarum, cepit ad Anibalem proficisci, set a Romano exercitu, Anibale ignorante, in Liguria est preuentus et capite mutilatus. Caput autem eius Romani ferentes ante castra Anibalis proiecerunt. Quod uidens Anibal et Penorum cognita tempestate deliberauit Affrice subuenire, et eiulans et inuitus reliquit Ytaliam anno XVII.º quo eam ceperat optinere; et nauigans in Cartaginem Scipioni se optulit improuisus. Et bello grauissimo inchoato, pars Anibalis est prostrata, cesis et interfectis fere omnibus qui cum Anibale aduentarant. Anibal autem inter discrimina concertantium uix euasit et in Bitiniam fugax uenit, ubi a Romanorum exercitu iterum impetitus, desperatis rebus, ueneni poculo se necauit. Scipio uero post totam fere Affricam subiugatam, immo uerius deuastatam, iteratam obsidionem Cartagini reparauit et eam diutinis cedibus impugnavit et tot incursibus lacerauit ut deposito principatu potius eligeret destrui quam rediuiuis calamitatibus reseruari. Cepit itaque ciuitatem et solo dirutam adequauit et incensam redegit in cinerem et fauillam, habentem a conditione sua DCCXXXVII annos et dies XVII; et sic euertit ut non tantum presencia, set in ea futura bella deleret; et exinde dictus fuit Scipio Affricanus; et regno deleta facta est Affrica prouincia Romanorum; et bello duplici gloriosus, Penico uidelicet et Hispano, Roman reuertitur, de nobilioribus Cartaginis secum ducens quos libertati donatos in regione trans Tyberim collocauit et in ciues Romanos a senatu et populo sunt recepti; quorum progenies adhuc hodie suam originem recognoscit. Duxit eciam Terencium comicum, qui libertatis adeptus suscepto pilleo titulum preferebat. Uerum quia gens Hispana, quiescere nescia, rebellionem contra Romanos denuo susci-

11-12 Gallorum Sch. 13 Lituriam A, Linguaria G 14 ante Caput add. et I, del. B || autem s. u. B 16 et eiulans om. b || sec. et s. u. B || inuictus G, iuratus Sch. 17 XXII edd. 18 Cartagine b 25 reperauit F || sedibus oppugnauit Sch. 27 reseruare G 30 DCCXXXVI G || eutit G, evenit Sch. 33 Punico b || uidelicet om. A 35 regionem edd. 37 adhuc s. u. I || recognoscunt Sch. 38 Gerencium G 39 Hispania F G

tauit, iterum ueniens Scipio Afffricanus maiora prioribus ex-  
terminia restaurauit et iterata rebellia iterata supplicia de-  
gustauit et cedibus et incursibus sic totam Hispaniam deuas-  
tauit ut excidia Herculis pro dulcedine memorarent. Demum 45  
cum per omnes Hispaniarum angulos discurreret consumen-  
do, in finibus Gallecie morte propria est consumptus, et ibi  
sepultus in tumulo qui adhuc extat inscriptus: TUMULUS  
SCIPIONIS. De laudibus Scipionis Tullius in libro de Amicicia  
prosequitur eleganter; eum comemorans uirum multarum 50  
fuisse uirtutum et a Gayo Lelio Sceuole socero multipliciter  
comendatum, et precipue in liberalitate et curialitate, in ius-  
ticia et pietate, in fide amicicie et studio rei publice; et inter  
ceteras eius laudes dicit quod consularis dignitas ei accidit  
ante tempus, set rei publice sero uenit, et quod duas Cartagines 55  
inimicas rei publice euertisset.

CAP. X

DE POMPEYO ET IULIO CESARE

Demum cum Pompeyus consulari preminencia fungeretur,  
nolens Hispaniam obductis cicatricibus respirare, profectio-  
nem in Hispaniam procurauit, et quod euaserat a gladio  
Scipionis consumptrix feralitas dissipauit, optentisque muni-  
tionibus et incolis subiugatis, Sextum et Pompeyum filios 5  
cum aliis nobilibus Romanorum prefecit reliquiis Hispanorum.  
Ipse uero Romam rediens, pro optenta Hispania gloriosus, pa-

43 incursionibus *b*      44 ut excidia] et cedibus *D Sch.*      47 tumulo  
*D*      48 De laudibus Scipionis *om. b* || in *om. Sch.*      49 prosequitur  
*om. Sch.* || uirum] inter *A*      51 comendatur *I, -tur B*      52 post pu-  
blice *add. euertisset D, paene Sch.*      54 et] eo *F*

X *Inscrip. CESARE om. A*

1 fulgeret *Sch.*      2 Hispania *Sch.*      3 quo *b*      4 consumens *Sch.*  
5 Cneum Pompeium *Lor.* || filias *D, filios b*      6 Romanorum nobilibus  
*a. corr. B*

rem non poterat sustinere. Unde et Lucanus: «Nec quemquam  
sufferre potest Cesarue priorem Pompeyusue parem». Ex ad-  
uerso autem Gayus Iulius Cesar eius gener, qui ab Enea per 10  
Yuliam familiam descendebat, priorem non poterat tolerare.  
Et hoc discidio res publica conturbata uariis studiis trahe-  
batur. Et quia Pompeyus iam Hispaniam subiugarat, cepit  
aspirare ad imperium Orientis. Iulius autem, cum multis fau-  
toribus habundaret, cepit Pompey propositum impedire et 15  
sibi singulare dominium procurare; set moderatione aliqua  
mediante, Iulio Cesari IIIIor prouincie fuerunt specialiter  
assignate, uidelicet Gallia Transalpina et Gallia Cisalpina, in  
qua sunt Mantua et Uerona, Brixia, Bergamum atque Cuma,  
que olim a Gallicis occupate Cisalpina Gallia sunt uocate; 20  
necnon et Gallia Comata, que a Gallis Gothicis et Uasconibus  
habitatur. Uerior tamen antiquorum historia protestatur non  
ab Alpibus Cesaris set ab Alpibus quibus Lugdunia et Ulterior  
Gallia separantur, Cisalpina et Transalpina prouincie esse dic-  
tas; et uidetur esse probabile, eo quod Cesar Iulius Germanos 25  
et Gallos et eciam Britones, quibus incognitum nomen exti-  
terat Romanorum, tributarios fecit esse. Et inde Romam re-  
diens gloriosis aclamationibus est receptus; set audiens Pom-  
peyo acrescere prospera in partibus Orientis, ipse Tirreni  
litora penetrauit ut Pompey prospera perturbaret. Cumque 30  
Duracium aduenisset, que iam Pompey imperio seruiebat,  
aduentus Pompey accidit ex aduerso; et cum collatis signis  
bella mutua efferuerent, Iulius inferior est repertus, ut Pau-  
lus Orosius atestatur: «Qui, cum pedis retrogradi uestigia

8-9 Luc. I 125-126

8 Ne I 9 iam ferre Luc. || Cesar nec b || Pompeyus nec F 12 hoc  
om. A || discidiores a. corr. F 16 sibi s. u. B, sci D. saeculi Sch. 18  
assignare D || et Gallia Cisalpina om. D Sch. 20 uocare G, est uocata  
Sch. 21 Comota Ib 23 Cesaris... Alpibus in marg. B 24 se-  
perantur D || Cisalpinam et Transalpinam provincias edd. 25-26 Gallos  
et Germanos edd. 26 Gallicos A 27 exinde A 29 Tirrena I  
edd., Turre D 30 litoria G || Pompeius Sch. 31-32 imperio... Pom-  
pey om. A 32 aduenitus a. corr. F 34 retrograda D. edd. 35  
qui G

ignoraret, ad eam que Thessalia dicitur prouinciam se conuertit, in qua Pompey potencia specialius eflorabat; et reparato exercitu, cum hiis qui in Siriam nauigarant cum Pompeyo iterum in campis Emathiis concertauit. Set quia Pompeyus ante ista in Ihesuralem templum Domini prophanarat, qui hactenus fuerat uictor, miserabiliter fuit uictus». Et inde fugiens in Thessaliam anno XII.º ante eram conditam, scilicet nono anno ante regnum Octauiani Augusti, reparato exercitu bellum eciam reparauit; et in hoc exercitu Gothi, Ethiopes, Indi, Perse, Medi, Greci, Armeni, Scithe ac relique Orientis gentes in Pompey auxilium aduenerunt. Cumque adinuicem dicertassent, Gothi ceteris forcius restiterunt; quorum Cesar uirtute et copia conturbatus, fertur fuge ignominiam cogitasse, nisi noctis subsidium timori et prelio succurisset, et sequenti die metu in inuicem compartito, exercitus ab inuicem recesserunt. Tunc Cesar ait: «Nec Pompeyum scire uincere nec Cesarem posse uinci, nam si Pompeyus uincere nosset, hodie cum tam asperrimis uiris Cesarem superasset». Set paucis diebus postmodum interiectis, impaciencia cupide potestatis bella ciuilia reparauit, et uictus Pompeyus, a solita uictoria alienus et a Thessalia effugatus iuit ad Ptholomeum Dionisium regem Egipti auxilium petiturus; set ut erat uersutus, timuit quod si tantum principem liberaret, posset in sui exterminium redundare. Romani enim, quos primo amicitia allegerunt, in seruitutem postmodum redegerunt; et cum Pompeyum ad couuiuium inuitasset, inter epulas interfecit. Iulius autem Cesar, Pompey fugam magnanimiter insecutus, regnum adiit Ptholomei. Quod audiens Ptholomeus, timore sollicitus, pretendebat se causa Cesaris hoc fecisse et regnum

36 specialibus D 36-37 reperato F 37 Scythiam Sch. || nauigarunt G 39 prophanauit G 42 Octoniani I, Octoniani DA || reparato, reperauit DF 43 Gothi om. F, bellum G 44 Iudi D, Iudaei Sch. || Scithie D, Scithe, Gothi b 46 decertassent IF edd. || resisterunt G 47-48 meditasse I, a. corr. B 48 pr. et om. D Sch. 49 in s. u. B 50-51 uincere] vicem Sch. 51 posset F 52 raris Sch. || superassem A || Set om. b 56 regem Egipti om. I, in marg. B 56-57 uersurus D 58 enim] autem edd. 60 inuitassent a. corr. B 61 magnaniter A 62 Quod] et edd. || Quod audiens Ptholomeus om. G

Cesari promitebat et ad familiares delicias inuitabat, ut sicut  
 Pompeyum sic dolo Cesarem faceret interire. Set Cesar oblate 65  
 fidei federa recusauit, suspicione calumpnians Ptholomeum.  
 Ptholomeus autem intelligi se coniciens, contra Cesarem mouit  
 bellum; set Cesaris uictoria comprehensus, mortem sustinuit  
 quam pararat. Hic Ptholomeus habuit filiam Cleopatram et  
 filium Ptholomeum. Cleopatra autem, patre occiso, proprio 70  
 fratri nupsit ut regni particeps conregnaret. Set cum Cesar  
 Alexandriam obsedisset, occurrit ei fratrem uirum moliens de-  
 fraudare et per speciem et per stuprum regnum sibi et necem  
 fratri a Iulio Cesare impetrauit. Cesar autem, negociis Sirie  
 ordinatis, nepotes Pompey et filiam Pompeyam iussit occidi 75  
 et Alexandriae intrans mare aura placida uenit Romam et fac-  
 tus est consul quarta uice. Ubi aliquandiu demoratus et statu  
 rei publice ordinato, in Hispaniam est profectus contra Gne-  
 yum et Sextum Pompey filios pugnaturus, et VII.<sup>a</sup> die qua  
 urbem exierat, peruenit Segontum Hispanie oppidum, quod 80  
 nunc mutato nomine dicitur Almanarum; et patet ex eo quia  
 uallis eiusdem oppidi uallis Segontini ab antiquo nomine  
 nuncupatur; quia si de Segoncia ciuitate, que extat, uel Medi-  
 na Celim, que creditur fuisse Segoncia propter magnitudinem  
 et hedificiorum uestigia que apparent, quantumlibet ueloci 85  
 nauigio possibile uix uidetur; tamen aliqui libri habent  
 XVII.<sup>o</sup> die peruenit Segontum; inde Hispanias plurimis cedi-  
 bus discurrebat, ut dicit Lucanus: «Cesar in arma furens,  
 nullas, nisi sanguine fuso, gaudet habere uias». Et Bruto sub  
 eo Marsiliam impugnante, cum Iulius Cesar uenisset Ylerdam, 90  
 qui intus inerant restiterunt. Petreius enim et Afranius sub  
 Pompeyo in Hispania conregnantes, eam armis comunibus

88-89 Luc. II 439-440

64 sicut] sic *Sch.*      65 faceret] fadet *G* || oblata *G*      68 comprehen-  
 sa *G*      69 qm paratam *D*, quoniam paratam *Sch.*      70 proprio *om.*  
*D Sch.*      72 occurrit *G*      73 sec. per *om. edd.*      74 Scythiae *Sch.*  
 75 et nepotes *D edd.* || Pompey et filiam *om. G*, et filiam Pompeyam *om.*  
*A* || filiam Pompeii *Sch.*      77 quartum et *om. uice Sch.*      80-81 quod  
 nom. mut. dic. nunc Alm. *edd.*      81 quod *a. corr. B*      83 que extat  
*om. Sch.*      85 quodtum- *b*      86 antiqui *Sch.*      87 Hispanis *G*, in  
 Hispaniis *Sch.*



tuebantur. Set plurimis ybernarum inundationibus pluuiarum  
 Sicoris intumescens latitudine non sueta, distulit diu bella. 95  
 Ut autem uerna serenitas densitatem nubium effugauit et  
 fluuius nominatus intra fines aluei se recepit, Cesar amnem  
 classe uiminea pertransiuit et dictos duces ad opes finium  
 montanorum fuga celeri festinantes cursu promptissimo pre-  
 pediuit et eosdem cum suis exercitibus uniuersis intra cuius- 100  
 dam arentis uallis angustias coartauit, ubi siti acerbissima  
 tam duces quam exercitus perurgente, uitam propriam abo-  
 rrentes, Martem lascessere temptauerent, ut sitis acerbitem  
 mortis compendio terminarent. Quod Cesar intelligens, eis  
 honestam mortem sagaciter deuiauit, suos ab omni conflictu 105  
 pertinaciter cohibendo donec hostibus tepesceret ire feruor  
 et animis languentibus arma dimiterent et submissis signis  
 imperio Cesaris se offerent. Quo peracto, duces miserabiles  
 meruerunt a Cesare impetrare ne in partes de cetero trahe-  
 rentur, set solum essent bellorum ciuiliu spectatores; quod  
 etiam in eiusdem Lucani sexto tangitur, ubi dicit: «Non Utice, 110  
 Libie clades, Hispania Munde flesset». Inde procedens aduer-  
 sus filios Pompey et Titum Labienum et Accium Uarum bella  
 plurima uaria sorte gessit. Interim autem infelix Hispania,  
 quicquid principes delirabant, misera plectebatur. Ultimo  
 autem Cesar cum Pompeyanis iuxta Mundam fluuium est con- 115  
 gressus, et adeo fuit acriter dimicatum ut imminentis mortis  
 preuenire supplicium cogitaret, cum uideret exercitum cedere  
 Pompeyanis et qui iam LVI annis uictor extiterat in manus  
 hostium non ueniret; set populo suo ad se reuerso, pugnam  
 forcius restaurauit et Sextus filius Pompey maior fuit fugiens 120  
 interfectus; Gneyus cum C.º milite uix euasit. Titus Labienus

110-111 Luc. VI 306-307

95 uerna] tertia Sch. 96 nominatus] rursus Sch. || intra] insui F  
 98 festinates G 100 ubi] ut DA, ut isti Sch. 102 Marte F 103  
 eis s. u. B 104 honestatem sagac- b 105 respesceret D, capesceret  
 A 106 dimitteret G 107 ostenderent b 108-109 traheretur A  
 110 Lucani lib. 6 edd. 111 Libye Luc., Libyae edd. || post Hispania  
 add. in D, ne Sch. 112 Labiendum b (a. corr. F) || bella transp. post  
 sorte edd. 114 dilatabant D || plectabatur BD 115 Munda D  
 119 se rebelli I 120 fuit om. Sch.

et Accius Uarus uita et fuge subsidio caruerunt. Faustus et Silla, iubente Cesare, trucidantur. Semetipsos Titus Torquatus et Scipio iugularunt. Cato fautor Pompey, ne Cesari subiaceret, audita strage apud Uticam se occidit. Munda ciuitas 125  
 inmensa cede hominum cruentata, oppugnante Cesare, uix est capta. Que fuerit Munda ciuitas, ignoratur; ab aliquibus dicitur esse Conimbria, que a Mondego flumine dicta Munda, postea a Cesare Conimbria fuit dicta, eo quod incole acti pugna ciuitatem Cesari conniuerunt, unde et a conniuencia Co- 130  
 nimbria nomen habet; et Mondegus dicitur quasi Mundam agens. Alii relationibus inherentes, dicunt Mundam eum fluuium quem nunc dicimus Duratonem et Septempubicam esse Mundam, que postmodum a septem publicis mulieribus, que eam primitus habitarunt, Septempubica fuit dicta. Lector 135  
 eligat quibus credat. Cesar itaque, bellis ciuilibus IIIIor annis in Hispania gestis, Romam rediit, in isto reditu a senatoribus occidendus. Et Hispania flebilis remansit omnium transeun-  
 cium pedibus conculcata et uariorum presidum tyrannide la-  
 cerata. 140

EXPLICIT HISTORIA ROMANORUM

122 uite I || Faustus om. F      123 trucidatur F      124 Caro A || fauto  
 G      126-127 Cesare... capta om. D Sch.      127 Quod D Sch. || ignora-  
 tun D      128 Conimbriam A || fluuio edd.      129 fuit Conimbria A ||  
 acci D, acri Sch.      130 et om. A      130-131. Conimbriam nominem G  
 131 Mondego DA edd. || Munde I      132 Munda G      134 primo dum  
 Sch.      136 cedat G || de bellis Sch.      137 gestis] gens G      138  
 trans eum Sch. D      139 presidium A